



Via Veritatis Ad Vitam Sev Exercitia Spiritvalia

Haineuve, Julien

Antverpiae, 1652

Tabella Viginti quatuor Veritatum quæ per dierum Exercitia Meditationibus
materiam subministrant; & considerationum quotidie instituendarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60125](#)

MEDITATIONVM.

1. Quadrante Præparatio meditationis in sequentem diem.

Medio 9. Examen totius diei , aut ab examine meridiano.

3. Quadrante. Cubitum itur.

Diebus iejunij cuncta fiunt vna hora tardius usque ad 1. quadranrem post septimam, quando Collatio sumitur, cætera sunt, ut diebus alijs.

Quod si experiaris primo die , tempus aut abundare, aut deficere ad præstandas res præfinitas, poterit illud aut præueniri, aut differri, omissis ijs, quæ minus necessaria videbuntur.

TABELLA

Viginti quatuor Veritatum quæ per octo dierum Exercitia Meditationibus materiam subministrant; & considerationum quotidie instituendarum.

PRIMO DIE.

De fundamento Exercitiorum & Fine Hominis.

PRIMA VERITAS.

Primum principium vitæ spiritualis in eo consistere , ut cognoscatur finis noster ultimus: nos ideo solùm viuere , ut eum assequamur neque tam necessarium esse , nos viuere quam non alio viuere, quam ad illum finem.

SECVNDA VERITAS.

Tā vniuersim in omnibus actionibus nostris contendendū esse ad finem illum, ut, si aliqua pars vitæ, non ea intentione ordinetur, dicere nō possumus nos nō viuere, nisi ad hunc finē.

TER.

DISTRIBUTIO TERTIA VERITAS.

Omnia vana esse in hoc mundo, nisi nos ad finem nostrum promoueant; & hominem esse vanitatē vanitatum, omniaque vana reddere, nisi ijs, ad hunc finem obtinendum vtatur.
Consideratio hodie instituitur de statu vite, aut munere aliquo, quo quis fungitur.

SECUNDO DIE

De inclinationibus naturalibus, unde promanat imperfectiones ex peccata, quae à fine nostro nos abducunt.

QVARTA VERITAS.

Vtī gratiā nos duci ad finem nostrum, sit à natura corrupta nos abduci; malum omne esse a nobis ipsis; suspectum adeoque caendum esse appetitum nostrum, qui nos perdet, nisi illum perdamus.

QVINTA VERITAS.

Perniciosiores, quam existimemus, esse inclinationes nostras naturales, cùm ne illas aestimemus, nos impedian; & cum ad plura patranda scelera nos impulerint, tum demum efficiunt, ut existimemus minus nos esse peccatores.

SEXTA VERITAS.

Nos, quod summi peccatores non simus non ideo non esse in statu pessimo periculosisimoq;; quandoquidem tepidum esse in Dei seruitio, maius malū sit, quam esse frigidum.

Consideratio hodierna est de distributione diei, & actionum, quibus ratione status tui incumbendum est, & de bono vsu temporis.

TER-

MEDITATIONVM.

TERTIO DIE.

*De Novissimis, quæ efficiunt, ut pericula in quæ nos
præcipitamus, melius agnoscantur, apprehendanturq;.*

SEPTIMA VERITAS.

Quod si ad vitam alteram periculum im-
mineat, inde esse, si malè moriamur, malè au-
tem moriendi periculum inde oriri, si ex legi-
bus inordinatorum nostrorum affectuum vi-
uamus.

OCTAVA VERITAS.

Iudicium, quod post mortem fit, longè di-
uersum esse ab eo, quod nobis in hac vita di-
ctat noster appetitus.

NONA VERITAS.

A cruciatuum æternorum consideratione
sensim nos induci, ut agnoscamus, quò nos
miseriarum rapiant peruersæ nostræ inclina-
tiones, quamque necesse sit easdem oppugna-
re; & quanto discrimini pugna illa, per om-
nem vitam exercenda, nos exponat.

Consideratio fit de prima actione Diei, seu modo
surgendi, deinde de Meditatione, & Consideratione.

QVARTO DIE.

*De emendatione Vitæ ad exemplum Christi Domini,
quod ad tres illos actus perfectionis, absti-
nere, agere, & pati, reducitur.*

DECIMA VERITAS.

Quod, nisi conuertamus nos, & paruulo-
rum

DISTRIBUTIO
rum instar efficiamur, nunquam simus salu-
tem consecuturi.

V N D E C I M A V E R I T A S .

Ad inchoandam nouam vitam, tanti refer-
re, se adiungere Christo Domino, ut qui cum
illo non est, sit contra illum.

D V O D E C I M A V E R I T A S .

Totam scientiam Euangelicæ moralisque
doctrinæ Iesu Christi, in eo consistere, ut scias
eius exemplo, abstinere, agere, & pati.

Consideratio de Orationibus quæ voce proferuntur,
sive eæ fiant ex obligatione, seu ultronea pietate.

Q V I N T O D I E .

De abstinendo, ex Mysterijs Infantia Christi.

D E C I M A T E R T I A V E R I T A S .

Sicut, quidquid in mundo est, est amor vo-
luptatum, diuinarum & honorum, ita quid-
quid est in præsepi Christi, est instructio ut
abstineamus à tribus hisce pessimis amori-
bus, & præfertim ab amore diuinarum.

D E C I M A Q V A R T A V E R I T A S .

Maiorem esse voluptatem, abstinere pro-
pter Christum voluptatibus omnibus, quam
ijsdem indulgere.

D E C I M A Q V I N T A V E R I T A S .

Honorificentius esse, cum Iesu mundanis
honoribus abstinere, quam cum hominibus
eosdem sectari.

Consideratio hodie instituitur de sacro & Com-

munione.

S E X .

MEDITATIONVM.

SEXTO DIE.

*De agendo, ad exemplum Christi inter homines
versantis.*

XVI. VERITAS.

Considerationem id præstare actionibus
nostris, quod corpori præstat oculus.

XVII. VERITAS.

Spectare ad fortitudinem id exequi, quod
ageandum esse dictat Consideratio, & Fortitu-
dinem istam nos à Christo accipere.

XVIII. VERITAS.

Fortius nos agere animi mansuetudine,
quam ipsa Fortitudine.

*Consideratio, de studio & occupatione, cui quis plerum-
que vacat, & de remissionibus animi, quæ à
prandio, aliasq; capi possunt.*

SEPTIMO DIE.

*De patiendo, ad exemplum nobis à Christo, in
Passione, exhibitum.*

XIX. VERITAS.

Malum internarum nostrarum tolerantia-
rum, non tam esse à patiendo, quam à nolen-
do pati.

XX. VERITAS.

Qui paratus non est pati, à quo quis genere
hominum, quod quis genus molestiarum, eum
non esse paratum pati.

XXI. VERITAS.

*Modum mensuramque patiendorum, esse
dispo-*

DISTRIBVTIO MEDITATIONVM,
dispositionem & voluntatem Dei.
*Consideratio, de Concionibus & exhortationibus, de
Lectione, & colloquio spirituali.*

QCTAVO DIE.

*De statu vita perfectae, ex vita Christi glorioса,
desumpto.*

XXII. VERITAS.

Vt nemo vitam adgit gloriosam, nisi
mortuus vita naturali, ita neminem inire vi-
tam spiritualem & perfectam, nisi defunctum
vitae sensuali.

XXIII. VERITAS.

Sicut portauimus imaginem hominis ter-
reni, ita nobis portandam esse imaginem Cæ-
lestis, & constantiam in statu vitae spiritualis
esse, quæ cælestis hominis imaginem compo-
nat, ut ab inconstantia terreni imago forma-
batur.

XXIV. VERITAS.

Amorem spiritualem, nos tantum, tamque
perfectè Deo vnire, quantum à reliquis nos
rebus omnibus abstrahit, nihilque in nobis
tolerat, quod non sit omnino spirituale.

*Consideratio, de examine conscientie
& confessione.*

ZATIRY . DXX

PRIMVS